

In Ītaliā est urbs, Laurentum. Rēx Laurentī est Latīnus. Latīnus filium nōn habet, sed filiam habet. Fīlia, Lāvīnia, est pulchra, et multī virī eam dūcere in mātrimōnium volunt. Ūnus vir est Turnus. Turnus est fortis et pulcher.

Omnēs in aulā cenant. Amāta, māter Lāvīniae, ad eam it et inquit, “Turnus est bonus vir. Tū debēs eī nūbere.”

Subitō multae apēs in aulam volant. Iam circum māgnam arborem apēs volant. Subitō sacerdos surgit et clāmat, “Ego videō hominēs extrāneōs! Videō exercitum extrāneum! Veniunt ad aulam!” Subitō circum Lāvīniam est ignis! Edepol!

Sed Lāvīnia nōn moritur. Est signum ā deīs! Latīnus ad templum it et rogat deōs, “Quid vultis?!”

Deī respondent, “Lāvīnia nōn debet nūbere Turnō. Lāvīnia debet nūbere virō extrāneō!”

Iam Aenēās et Trōiānī Laurentum intrant.

Iūnō est dea. Iūnō Graecōs amat. Iūnō Carthāginem amat. Itaque Iūnō Trōiānōs et Aenēam ōdit.

Iūnō nōn vult Aenēam dūcere Lāvīniam in mātrimōnium. Itaque Iūnō iubet Ālectum ire ad Amātam et ad Turnum. Ālectō facit Amātam irātam. Ālectō facit Turnum irātum. Amāta et Turnus bellum volunt.

Ascanius iam venātur. Ascanius cervum videt. Ascanius cervum interficit. Iam Latīnī sunt irātī. Cervus erat sacer! Latīnus bellum nōn vult, sed Latīnī bellum volunt. Rēgīna Amāta bellum vult. Turnus bellum vult. Itaque Latīnus bellum contrā Trōiānōs facit.

Iam est bellum inter Latīnōs et Trōiānōs! Multī Italicī cum Turnō pugnant, sed Aenēās quoque amīcōs in Ītaliā habet. Ūnus amīcus est rēx, nōmine Ēvander. Ēvander filium habet. Nōmen filiō est Pallas. Aenēās amat Pallantem similem filiō.

Pallas vult pugnāre in bellō, sed Ēvander Pallantem pugnāre nōn vult.

“Fortis sum!” Pallas clāmat.

“Aenēās, servā Pallantem,” Ēvander miser inquit, et Pallas cum Aenēā exercitum in bellum dūcit.

Pallas est fortis. Pallas in aciē pugnat et multōs Latīnōs interficit. Subitō Turnus Pallantem videt. Turnus ad Pallantem it. Pallas est fortis, sed Turnus est fortior. Turnus Pallantem interficit. Aenēās videt Pallantem morī et clāmat. Ēheu!

Aenēās corpus Pallantis capit. Aenēās corpus ad patrem fert. Ēvander est miser et corpus sepelit. Aenēās nōn est miser. Aenēās est irātus. Aenēās vult interficere Turnum.

Bellum est malum. Multī hominēs moriuntur. Iam exercitus Trōiānus ad urbem Laurentum it. Amāta est misera quod multī Latīnī moriuntur. Amāta sē interficit. Turnus, miser et irātus, ad Aenēam it quod vult interficere eum.

Iam Aenēās in aciē Turnum videt. “Cūr manēs, Turne?” Aenēās clāmat. “Mē pugnā!”

“Nōn sum perterritus,” Turnus inquit, et magnum lapidem videt. Turnus vī magnō super caput lapidem tollit et ad Aenēam iacit. Sed Iuppiter capit vim ā Turnō et lapis ad terram cadit.

Aenēās vī magnō iam pīlum iacit. Pīlum Turnum pulsat. Iam Turnus ad terram cadit.

Aenēās ad Turnum it. Turnus Aenēam spectat et inquit, “Cēdō. Tū mē vincis. Lāvīnia erit uxor tua. Sine vīvam!”

Aenēās est miser et vult sinere Turnus vīvat. Sed subitō Aenēās in Turnō balteum videt. Balteus est Pallantis. Aenēās nōn iam est miser. Aenēās est irātus. Aenēās gladiō Turnum interficit.